Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quitam. Ne auertas faciem tuam a
me. ne declines in ira seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinqas me
neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et mater mea dere
liquerunt me dns autem assumpsit
me. Lege pone mihi domine viam
tuam. et dirige me in semita recta
propter inimicos meos. Ne tradide
ris me animas tribulantium
me. quoniam insurrexerunt in me testes
iniqui. et mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini in terra vi
uentium. Expecta dominum viriliter
age. confortetur cor tuum et sustine
dominum.

Ad te domine clamabo. deus meus
ne sileas a me. ne quando tacueris
a me. et assimilabor descen
dentibus in lacum. Exaudi domine vo
cem deprecationis mee dum oro ad te
dum extollo manus meas ad tem
plum sanctum tuum. Ne simul tradas
me cum peccatoribus et cum operantibus
iniquitatem ne perdas me Cum loqu
tur pace cum proximo suo mala
autem in cordibus eorum. Da illis secun
dum opera eorum. et secundum nequitiam adin
uentionum ipsorum. Secundum opera
manuum eorum tribue illis. redde re
tributionem eorum ipsis. Quoniam non in
tellexerunt opera domini. et in opera ma
nuum eius destruet illos et non edi
ficabis eos. Benedictus dns quoniam exau
diuit vocem deprecationis mee.
Dns adiutor meus et protector meus
et in ipso speuit cor meum. et ad
iutus sum. Et reflorui carne ma
ea et ex voluntate mea confitebor
illi. Dns fortitudo plebis sue. et
protector salutationum xpi sui est.
Saluum fac populum tuum domine et be
nedic hereditati tue et rege eos et
extolle illos usq; in eternum.

Afferte domino filii di
afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et hono
rem. afferte domino gloriam nomini eius ad
orate dominum in atrio sancto eius. Vox
domini super aquas deus maiestatis. in
tonuit dns super aquas multas.
Vox domini in virtute vox domini in mag
nificentia. Vox domini confringentis ce
dros et confringet dns cedros libani.
Et comminuet eos tamquam
vitulus libani. et dilectus quem
admodum filius unicornium. Vox
domini intercidentis flamam ignis.
Vox domini concutientis desertum. et con
mouebit dns desertum cades. Vox
domini preparantis cervos et reuela
bit condensa. et in templo eius omnis
dicet gloriam. Dns diluuium inhabitare facit. et sedebit dns rex in
eternum. Dns virtutem populo suo
dabit dominus benedicet populo
suo in pace.

Exaltabo te domine quoniam suscepi
sti me. nec delectasti in
imicos meos super me. Do
mine deus meus clamauit ad te. et
sanasti me. Domine eduxisti ab inferno
animam meam. saluasti me a
descendentibus in lacum. Psallite
domino sancti eius. et confitemini
memorie sanctitatis eius. Quoniam
ira in indignatione eius. et vita
in voluntate eius. Ad vespe
demorabitur fletus. et ad matu
tinum letitia. Ego autem dixi in
habundantia mea. non mouebor in eternum. Domine in voluntate